



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XXXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

nis & maledictiōis pronunciare sentētiā, & canere canticū, contestatur, adiurat &c. atq; hæc oīa iubente deo, sed frustra, ut uideas quid sit natura absq; spiritu, ut erubescamus de nostris adinventionibus &c.

## CAPVT XXXII. Canticū Moysi.



In hoc cantico Moyses inuocat, ut supra, contra transgressores cœlū & terram qui benignitate dei facti erant dei populus præ cūctis nationibus terræ, prophētans q̄ in rerum omnium abundantia ubi uel maxime oportebat beneficū patrē agnoscere recessuri sunt à deo ad alienū cultum & alienā fiduciam, ut irriterent deū aduersum se donec perdātur. Resipiscentibus uero etiam post iram dei gratiā promittit quæ est etiam gentiū salus ubi cœperint reuelata ueritate errorem agnoscere & iustitiam sitire. Hoc itaq; canticum iubentur frequenter canere ut cognoscant in quo statu sint ipsorum res, arguente uel defendente conscientia.

Audite cœli. Quia impij contemnunt uerbū, testes uocant prophete contra eos oēs creaturas q̄ eis prædicarint. Sic & Esa. 1. & Hier. 6. Et Paulus dixit Act. 20. Mundus sum à sanguine omnium &c.

Concresecat &c. Etiam Esa. 55. Imbri & niui è cœlis foecundanti terram comparatur dei uerbum.

Inuocabo. Scilicet contra transgressores, uel, Canticū noīis domini canam. [Date.] Sentētia est, Deū

glorificate qui in oibus uijs suis iustus est, & uos accusate iniquitatis. Hac enī sola conditiōe cōueniet uobis cum eo. [Perfecta] .i. quae in nullo possunt accusari.

Iudicia, scilicet sunt. Id est nihil iniquitatis habēt sed quicquid ipse facit iuste facit & nulli facit iniuriā. psal. Iustus dominus in oibus uijs suis. Et nō filij. Esa. i. filios &c. Memēto. Hęc est utilitas libri Gen. & Exo. ut uideamus quā dilexerit patriarchas & illū populū ex cuius carne nobis parauit benedictiōne omniū gentiū &c. [Pars autē.] Id quod saepe supra dictū. [Iacob &c.] .i. sorte accidit domino, metaphoricos hoc dicit, ut quādo diuiditur hereditas, pars quedā mihi, pars alijs accidit, pars agri funiculo mihi, pars alijs metitur. ut tūc diuidēdi agri mos erat.

Inuenit &c. Nō intellige de persona Iacob sed de populo Iacob, quē sibi in deserto inuenit postq̄ ē mundo Aegyptiorū segregauerat. ut dicitur Exo. 19.

Constituit.] Hoc dicitur de terra promissa quae fuit lacte & melle &c. **Vt sugeret &c.**

Sicut ante aquam ex petra ita iam oleum & mel acciperent. Id quod & in psal. dicitur. Cibauit eos ex &c. Putant in ea terra nidulari & mellificare apes in petris. Item alij ex mōtibus petrosi exurgere arbores in quibus mellificent, & similiter oliuas unde oleum accipitur. Item alij referunt ad uasa saxeā & amphoras in quibus hęc sibi illic recondant. Quid si dicam, Eos

hæc beneficia illic nõ suscepisse nisi ex deo & dei benedictiõe, quæadmodũ lex dicit, cum nõ semel in cantico hoc ex Heb. deus Petra dicatur, quemadmodũ & sepe in psalmis. Ego prouocabo &c.

Hoc est quod quandoq; monui, prophetas scilicet longius respicere quã uidentur. Nõ enim hic solũ dicitur de gentibus quibus inuiderunt Iudæi à deo exaltatis quando dõinatae sunt ipsorũ, ut de Chaldæis & Assyrijs legimus, sed multo magis de gentibus cõuersis ad Christũ, quãdo inuidia contabuerũt q; gentes uidebantur à deo amari, ipsi autem reijci. id quod historia Act. Apost. testatur quomodo zelo ducti sint cõtra gentiũ salutẽ & apostolicã doctrinã. Ita hunc locũ interpretatur Pau. Ro. 10. Et ca. 11. ait, Si quo modo ad æmulandum prouocẽ carnem meã. Sic & de alijs maledictionibus quæ sequũtur intellige, scz q; respexit non solũ in hanc uel illã poenã aut captiuitatẽ sed in omnis legis maledictiones qua puniũtur intus & foris in omnibus creaturis & terrore iudicij usq; ad iudiciũ nouissimũ. Sic enim incipit, Ignis succensus est &c.

Pauor cõscientiæ,] propter iudiciũ dei quod sentiũt contra se, nec inueniunt qua euadant, quia euangelium nesciunt. [Sed propter iram.] ut uides in Assyrio Esa. 10. & 36. & 37. [Distuli,] non abstuli, uel cessauit à iudicio meo, nisi resipiscant, quod cupio, utinã saperent &c. Gens] id est, populus

hic iudaeorū (ne putes contra ethnicos dictū) est absq;  
cōsilio quia uerbū dei reijcit, secundū quod spiritalis  
homo dyjudicat oīa, ideo & sine prudētia siue potius in-  
telligentia est, excæcatus enim ruit in omnia scelera, &  
ubi perijt salus mentis. i. fides in deū se suāq; non per-  
dere non potest, illic etiā ubi maxime sibi sapiens uide-  
tur, iustitiā enim spiritus eandē putat cum iustitia &  
sapiētia carnis & ciuili siue legū humanarū, quæ est  
hodie horrenda excæcatio etiā illorū qui sibi euangeli-  
ci uidentur. Hic & illic uerentur periculū in causa uer-  
bi dei, & trepidant impij ubi nō est timor, nunq̄ magis  
perdita fuit res pub. iudaeorū qui tūc erāt populus dei,  
quā ubi suis rationibus & sapientia excæcati simpli-  
cem ueritatē nō ausi sunt sequi. Si à ueritate stamus do-  
minus pugnat pro nobis. Si à nostris rationibus, cæci  
sumus & duces cæcorū & stulti sapientia in foueā ca-  
dimus, Dominus enim cōfundit & stultā facit sapien-  
tiam huius mūdi. Sūt hodie qui uolūt uideri uerbi dei  
amatores, qui ubi audierint q̄ euāgeliū nemini aufert  
sua, nemini facit iniuriā, & q̄ quidā uolūt ex contēptu  
ceremoniarū pij uideri, addūt etiā suas præscriptiōes  
longi temporis & nescio quæ alia. Et ex his oībus con-  
cludūt. Impietatē oportere manere, quā tamē ipsi ex  
his argumentis impietate non uolūt uideri. Ergo ne o  
boni & euāgelici uiri si qui post reuelatā ueritatē uo-  
lunt manere in impietate, hoc est in ijs quæ pugnat cū  
uerbo dei, nos debemus eos iuuare & dare nostrā rō

cuniã & adorare sanctos hypocritas et auri uentrisq;  
cultores? vos autem nunq̃ intellexistis ueritatis uerbū  
de quo gloriãmini, aut cum talia nitimini persuadere  
contra conscientia turpes estis aduatores & Satana  
ministri plusquã papistæ. Vtinã, inquit, saperet secun-  
dum dei uerbū, & intelligeret iudicio spiritus oia que  
agūt, & nouissima prouideret siue maledictiões trans-  
grediētibus siue benedictiões obseruātibus dei uerbū.

Quō persequeretur, uel persequetur. Le-  
uit. 26. fugietis nemine persequente. Item, Et qui de uo-  
bis remanserint & c. Et Esa. 30. Mille hoies à facie ter-  
roris unius, & à facie terroris quinq; fugietis & c.

Dij eorum] scilicet qui recedunt à deo, ne de solis  
gentibus hoc accipias, quandoquidem hoc canticum in  
testimonium Iudæis scriptum est non gentibus.

Et inimici nostri,

Siue Iudæi impij siue gentes, sunt iudices, scilicet harū  
rerū, q; deus noster nō est ut dij eorū qui fecit magna-  
lia in Aegypto, terribilia in mari rubro & c.

De uinea & c.] prosequitur maledictiones in impi-  
os ut cœperat. q. d. Maledictio Sodomorū & Gomor-  
ræ ueniet super ipsos ut supra cap. 29.

Mca est ultio.] Ex hoc loco docet Paulus Ro. 12. Si  
dei est uindicta. Ergo ne quere uindictã, noli tibi usur-  
pare quod dei est, & multa pace frueris etiã multa ab  
aduersario passus. Iuxta est dies perditionis.  
Ut maxime qui cantat contēnat cætera, tamen nisi dea

mens hoc contemnere non potest.

Et in seruis.] Id est, illos recipiet qui seruos se dei agnoscunt, etiam post peccata etc. In quo pœnitentia predicatur resipiscētibus.

**Leuabo.** Horrende iurat deus, quæ est certa in inimicos dei. i. persecutores uerbi eius et dei confessorū, sententia æternæ maledictionis.

Cruor, captiuitas, nudatum caput, tres (Ætionis) plagæ sunt. Caput regnū est et sacerdotiū, crinis gloria capitis est. Itaq; hic gloria regni et sacerdotij eorū casura et peritura scribitur. [Laudate Heb. iubilante gentes cū pplo eius. Hinc Pau. ad Ro. 15. gētes æque

pertinere docet ad sanctificationē noīs domini, modo à gētilitate resipiscāt, ac Iudæos qui tūc dicebātur populus dei.

Quia sanguinē seruorū suorū, non solū Iudæorū priorū sed et omnium qui deū colūnt et adorant in spiritu et ueritate, qui persecutionē patiūtur ppter iustitiā. Id qd' hostes ueritatis nō credūnt sed sentiēt aliquādo etc. **Nō incassum &c.**

Hoc dicit cōtra uerbi dei cōtemptores et qui cogitāt. Deus est misericors ut cūq; uixeris. Itē contra illos qui cum audiūt legis abrogationē somniāt sibi libertatem carnis, quasi à sententia dei per aliū possis liberari quā per deū, qui à seruitute legis liberat dū ex seruis filios facit per fidem. Vbi enim spūs domini ibi libertas etc.

In montem Nebo.] Vide infra cap. 34.

Hic uides uere peccasse Moisen et Aaron ad aquas cōtra uerbum dei, ut uideat impurū fuisse et legislatorem

et legis sacerdotiū. Stultū ergo fuerit sentire q̄ lex iustificat, multo stultius q̄ adinuētionē humanā. Solum Euangeliū iustificat cuius autor et sacerdos est absq̄ omni peccato filius dilectus, in quo pater bene sibi cōplacet etc. Iairco neq̄ Aaron, id est, sacerdotium carnale, neq̄ Moyses, id est, lex, pōt̄ introducere in terrā à deo promissam, sed Iesus Christus, ut alibi diximus.

Non sanctificastis, nō predicastis fidēti corde gloriam meā et fiduciā in me, sed infideliter dubitastis, quē ad nodū in psal. de Moise dicitur, Et distinxit in labijs suis etc. ut supra quādoq̄ diximus.

Iungeris populis tuis, Moyses et Aaron pena plectuntur tēporali ne ingrediantur in terrā promissam, nō tamen abiiciuntur à deo, quia sancti sunt, id est, credētes. Certe nō erant credentes quando dubitabāt. Atq̄ hęc exempla sunt nostri cōsolatio. Stultum predicatorū uulgus nobis peccata sanctorū abscondit etiā manifesta, scriptura uero nobis ea prodit etiam occultissima, ut in Moise, in Ezechia, in Iob etc. Iairco nūc collecti ad patres suos scribūtur et ad populū suum. i. ad Adam, Noe, Abrahā etc. quē admodū et de Abraham scriptū legis, quia in fide defuncti cū patribus suis resurrectionē expectāt p̄ semē illud promissum. i. Christū Iesum. Iairco recte Sinū Abrahę appellaueris hęc in fide requiē. Nā Abrahę fides de semine eius suscitādo ī quo benedicerētur cūctę cognationes terrę in scripturis p̄ ceteris predicata est etc.